

Latia à Gallis sic est denominata. Hic cū essent nīmis multiplicati, recesserunt è Gallia ad quārendas nouas sedes, uenientesq; ad Grēciā à rege Bithyniæ in subsidii suscepiti cōtra hostes, naustaq; uictoria, dedit eis partē regni sui, q; uocata est Gallogrēcia, deinde Galatia.

Armenia.

Armenia à Cappadocia usq; ad mare Caspiū patet, habetq; mōtes altissimos & semper niuales. Vnde qui iter faciunt uersus Iberiam & Colchidem, dicuntur in summis montium cacuminibus s̄epe niue obrui. Quapropter ferunt secum baculos contra eiusmodi pericula, quos in summā niuem resp̄randi gratia exerant, & ut eo signo auxilium ab aduentantibus consequantur: quapropter s̄epe effossi seruantur. Sunt etiam in hac regione magni quidam lacus, per quorū unum labitur Tigris, sed propter celeritatem suam undam impermixtam seruat, unde & nomen habet. Nam Medi sagittam tigrim uocat. Hic fluuius in montibus Armeniæ modicis incremētis nascitur, deinde interecto aliquo spacio sub terras mergitur, atq; post aliquid spaciū grande flumen iam emergit. Tantacq; uiolentia mouetur, ut & lapides secum trahat, & uno dīe tantum itineris peragat quam uir uelox posset per septem currere. In montibus Armeniæ arca diluuij quievisse memoratur in scriptura sacra.

Syria.

Syria uniuersa omni ubertate est referta, ad alenda pecora pascuis & frugib; plena. Vnde multi ex diuersis regionibus potentia & diuitijs pollentes eum locum sibi ad habitandum elegerunt, ciuitatesq; & oppida sibi condiderunt. Qui ad mare diuerterunt, Phœnices appellati sunt, primi qui mercādi usum excitarunt, & qui cceli & stellarū cursum, omniumq; superiorū motum ingenij magnitudine inuenierūt. Hic te- nent loppen & Gazā. Post hos sunt Sidonij, multarū atq; optimarū artiū magistri, ubi astronomia & arithmeticā

initium habuerūt, ob computationem & nocturnam nauigationem. In Syria est urbs quādam Alexādria in colle sita, in testimonīi uictoriæ quo Alexander Darium in illo loco profligauit. Est tamen Syria urbs prima & praecepsa Damascus, qua uerustior in tota Asia uix est, cum fuerit extructa ante Abrahæ tempora. Hæc distat à Hierusalem itinere sex dierū, ubi sanctus Paulus baptismum suscepit, & prope eam in terram prostratus fuit luce cœlesti, dum persequeretur Christianos. Tyrus urbs olim Phœnicis maxima, Sidoniorum colonia, negotiatio maris, emporiū totius orbis, olim quidem insula, sed à Nabuchodonosor, hoc est, Alexandro Magno propter expugnationē multis in breui freto cōportatis aggeribus, terra cōtinēs facta est. Hæc urbs tam munita erat, ut nulla moles fieri putareſ in littore pro accessu. Nam per Africū procellæ illidebantur in litus, ut superarent omnem molem suo reflexu. Ceterū præaltum mare sic ambiebat turreſ & murum, ut nullæ scalæ applicari possent. Alexāder uero fecit duos aggeres ex arboribus ramatis, iniectis lapidibus & terra, sed sequum mare omnia dirupit. Deinde copulauit naves, que & ipſe dirupte sunt, submersis multis in eis. Tertio omnes adhibuit uires & nouū fecit aggerem, multiplicauitq; naues donec mœnia obtinuit. Capta est autem urbs septimo mense postquam oppugnata est, & intersecti sunt in ea sex milia hominū, atq; duo milia crucibus suspensi. Est in Syria quoq; Palestina, quæ habet Samariam, Iudeam, Galilæam & Idumæam, quæ scilicet est contermina à meridie Arabiæ. In Phœnicia est mons percebris Libanus, & item Antilibanus, unde duo proruunt fluuioli Dan & Ior, qui post aliquid spaciū coētētes Iordanem faciunt. Iordanis autem efficie lacum Samachonitem, mare Galileæ & mare mortuū, estq; terminus Iudeæ orientalis sicut mare mediterraneū terminus est occidentalis.

Terra